



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Furstencell.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**



bey vnsern Hulden vnd genaden das je sy das obgenant Salt vnd allem frew nordurfft alle Jar vnd ewiglichen an alle jrung vnd rung vnd hindernuß verfürren lasset / wann wir mit nichtew mainen das sy jemand noch chain vnser amptman / wie der genant sey / er sey Stett oder Märgt Amptmann / der yezo ist oder fürbas wirt / daran icht jrret oder hinder / in dheim weis. Wer ist in besunder gnad getan / swas verbar das Gotthaus kaufft / oder in durch Gott gegeben werdent / die von vns Leben seint der eigenschaft vns angehört / das in die veraigent sind vnd sy fürbas als freyes rechtes eigen ewiglichen besizen vnd nüssen fallen. Vnd des zu ainen ewigen Bruchunt vnd vnser genädigen verneunuß geben wir dem obgenanten vnserm Closter den Brief mit vnsern anhangenden Insigel versigelt / der geben ist zu München am Montag nach Pangracy / nach Christus gepurd drewzehen hundert Jar / darnach in dem neunzehenden Jar / in dem fünfften Jar vnser Reichs.

**W**ir Ludweig von Gotes genaden Römischer Kaiser / ze allen zeiten merer des Reichs / Endieten den weisen Lauten / dem Richter / dem Rat / vnd den Burgern gemainlichen ze München / vnd vnsern Zollnern ze Wasserburg die yezo sind / oder fürbas werdent vnser Hulde vnd alles gut. Wir lassen euch wissen / das wir den gaislichen Mannen / dem Abt vnd dem Conuent / des Klosters ze Fürstenueld vnserm lieben diemütigen die gnad vnd das selgerait die in vnser Vater sällig getan vnd geben hat / nach jrer Brief sag bestaet haben / das sy sechzig scheiben Salt vnd alles jr Traid das in auf jrem guten wachset / vnd das sy lauffent / des sy in jrem haws bedürfent in aller vnser Herrschafft vnd Gebiet in Steten in Mergten vnd auf Lande zolfrey / ane alle mant / vnd an alles vngelt vnd vorderung füren sullen vnd mügun da von wellen vnd gepieten wir ew vestlich bey vnsern Hulden / das jr in dieselben genad vnd das selgerait stät vnd ganz vnd vnzerbrochen halt / vnd sy daran nicht jrret / laidigt oder beswäert / mit dhainen sachen / als jr darumb vnser Dignad vermeiden welt. Geben zu München am Pfingstag nach dem weissenuntag / do man zalt von Christus geburd / drewzehen hundert Jar / vnd in dem sibten vnd vierzigisten Jare / in dem drew vnd dreissigisten Jare vnser Reichs / vnd in dem zwainzigisten des Kaisertums.

Item am Freitag nach Martin Anno d. c. XXXVI. hat mein Herr Herzog Ernst dem Abt von Fürstenueld der vor gefest bitt ain Vidimus geben vnder seinem Insigel.

**W**ir Ernst vnd Wilhelm von Gotes gnaden Pfalzgrafen bey Rhein vnd Herzogen in Beyren etc. Bekennen das wir die Hauptbrief vñ Hantueß gerecht ganz versigelt vnd vnuermailigt gesehen vnd gehört haben. als die abgeschrifte an diser Eitel geschriben aufweisen / vnd als die von Wort zu Wort geschriben vnd begriffen sind. Des zu Brkund vnd ze wknus haben wir Herzog Ernst vnser Insigel auf die gegenbürtig Eitel vnd Vidimus druckhen lassen / wann wir / Herzog Wilhelm vnser Insigels zu disem mal bey vns nicht heten. Das ist beschehen zu Fürstefeld an Eritag nach sand Peter vnd sand Paulsen der heiligen zwelfboten / Anno Domini M. CCCC. XVI.

## FURSTENCELL.

CELLAM eiusdem Cisterciensis Ordinis in inferiori Bauaria, inter Oenum & Vilsam amnes, inceptam per Hartvicum, Capellanum quendam Ottonis & Henrici, Ducum Bauariæ, Canonicum Patauensem, ac ludiliterarij Magistrum, cui cum sumptus deficerent, prædictus Henricus Dux inferioris Bauariæ perfecit, ac ominato nomine Furstencellam nominauit, confirmauit.

Metrop. Salisb. Tom. II.

Ff

que se-



que sequenti Anno, die Februarij in Burckhausen; Interfuere Vlricus de Abensperg, Gebhardus Comes de Ortenberg, Bernhardus Comes de Leonberg, &c.

ADDITIONES.

**D**E origine ac progressu huius Monasterij certiora nemo unquam proferre in medium poterit, heis quæ ex subsequentiis documentis prudens lector hauriet.

**PETRVS** Dei gratia Ecclesiæ Pataviens. Episcopus. Vniuersis præsentis literas inspecturis, Salutem in Domino. Ne per obliuionem aut calumniam facta hominum rationabilia & honesta processu temporis dispendium patiantur, prouida maiorum auctoritas scripturæ ac testium decreuit remedium adhibere. Quapropter tenore præsentium literarum omnium notitiæ ac memorie duximus commendandum. Quod dilectus in Christo Fr. *Leopoldus* Ecclesiæ S. *Nicolai* in *Patavia* Præpositus, Curiam quandam Ecclesiæ suæ dictam in *Cella* incultam & desolatam jam longo tempore de consensu sui Conuentus, Dilecto in Christo Fratri Magistro *Hertvico* Canonico & Scolastico Ecclesiæ nostræ dedit in proprium, pro redditibus vnus talenti denar: Pataviens. cum vniuersis ad eam pertinentibus, quæ sitis & inquirendis, quocunque censeantur nomine, nec non & ipsam Capellam, quæ in Curia prædicta dinoscitur esse constructa, pro vt inter ipsos per arbitros, in quos super tali commutatione compromiserant, extitit definitum. Verum quod dictus Magister *Hertvico* in Curia prædicta pio ductus proposito fundare cogitat *Cellam* Monachorum *Cisterciens.* Ordinis ad laudem Dei & genitricis suæ Beatæ *Mariæ* Virginis gloriosæ, supplicauit nobis, vt præmissis nostris adhibere consentum & beneplacitum dignaremur. Considerantes igitur prouidè tractatum huiusmodi vtrouique rationabiliter esse factum, & tam Ecclesiæ Sancti *Nicolai*, quæ pro incultis expeditos & certos tam redditus, quàm Magistro *Hertvico*, qui facilius expedire poterit quod intendit, competere commutationem prædictam & arbitrium, per dilectum in Christo Fratrem *Wichardum* venerabilem Tumpræpositum Ecclesiæ nostræ, *Reynoldum* plebanum de *Regen*, *Chunradum* Canonicum S. *Nicolai*, & *Hainricum* de *Radekk* prælatum habere ratum & gratum decreuimus, & ante dictam in *Cella* Curiam ipsi Magistro *Hertvico*, cum omnibus ad eam pertinentibus in proprietatem legitimam confirmamus, dantes sibi auctoritate ordinaria vnâ cum consensu & voluntate Capituli nostri liberam potestatem fundandi ibidem & construendi *Cellam* siue Abbatiam *Cisterciensis* Ordinis, si cum Dei auxilio & cooperantibus Christi fidelibus in tantum ipsa *Cella* profecerit in futurum quam & *Cellam* & locum cum personis illuc venientibus & de cætero ibidem Domino militantibus ex nunc ab omni iure & subiectione Ecclesiæ in *Irshaim* eximimus, & gaudere pronunciamus pleno iure & libertate *Cisterciens.* Ordinis, quibus idem Ordo munitus esse dinoscitur, priuilegiis & consuetudinibus approbatis.

In cuius rei testimonium præsentis literas conscribi, & nostro ac Capituli nostri sigillis, & Conuentus Sancti *Nicolai* fecimus communiri, testibus subnotatis, qui sunt hij *Wichardus* Tumpræpositus, Magister *Vlricus* Decanus, *Wernhardus* de *Marspach*, *Vlricus* de *Stu.* Magister *Hertvico*, *Otto* Cantor, *Wernhardus* de *Pranpach*, *Albertus* de *Paungarten*, *Wolfkerus* de *Haidndorf*, Magister *Englscalcus*, *Gundacharus* de *Pollnhaimb*, & alij quam plures. Datum *Patav.* Anno Domini M. CC. LXXIV. VI. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

*Hain*



*Hainricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni* Dux *Bavariae*, omnibus praesentia inspecturis in perpetuum. Considerantes quod diuinæ clementiæ, quæ nos dignata est in numerum principum euocare, teneamur condigna vicissitudine respondere, fouendo maximè & defendendo personas Ecclesiasticas, suo cultui præcipuè deputatas, inter quas Ordinem *Cystertiensis*, tanto gratiori fauore prosequimur, quanto ipse sacrae conuersationis studiis, quibus incessanter inuigilat, cæteris religionibus antefertur. Vt igitur Cœnobium dictum *Cella Principis*, Ordinis *Cystertiensis*, cuius foundationem nobis duximus ascribendam, in maiori pacis amœnitate quiescat, ipsum libertatibus specialibus curauimus honorare, ut fratres inibi manentes, & tranquillitatis pulchritudine gaudentes, remotis mundanæ turbationis obstaculis, soli Deo in serenitate suæ conscientiæ deseruiant, cuius obsequiis se feliciter deuouerunt. Quas inquam libertates, ob salutem nostram ritè concessas, illibatas perpetuo durare volumus omnibus calumniosis vel peruersis interpretationibus, quæ contra præsentem gratiam adinueniri cauillosè poterunt rescacis.

Concedimus siquidem dicto Monasterio omnes aduenas sursum vel deorsum vndecunque venientes, & sercipientes in prædiis Ecclesiæ memoratæ, ut dictæ Ecclesiæ tantum deseruiant, sine omni præstatione reali, vel personali, à nobis vel nostris exigenda, liberè & quietè. Item cum constet Ordinem *Cystertiensis*, à sede Apostolica & Imperiali Magnificentiâ gaudere prerogatiua gratiæ specialis, ut super omnibus bonis & hominibus suis Aduocatum omninò habere non debeant, nisi fortè pro defensore sibi sponte aliquem duxerint eligendum, qui eos pro tempore eis placito sine omni emolumento & exactiōe defendet & tuebitur simpliciter propter Deum. Nos eadem gratia prænominatam nostræ foundationis locum frui volumus inconuulsè. Adicimus etiam de gratia speciali, ut prouisores dicti Cœnobij de hominibus in suis prædiis residentibus, quoad debita, aratas, vituperia, tractus gladiorum, & violentias quascunque, quæ perpetuam lēSIONEM, quæ vulgo Lem dicitur, non inferunt, iudicare valeant, nostro super his iudice minimè requisiti, sed in bonis & hominibus dictæ Ecclesiæ iudicia furti, homicidij, raptus, majoris violentiæ tantum nostris iudicibus referentur. Hoc nihilominus adhibito moderamine, quod si prædictis poenis obnoxius in prædiis dicti Cœnobij inuentus fuerit, iudex de persona delinquentis iudicet, de rebus monasterij nihil penitus contingendo.

Item dictam Ecclesiā debitis fauoribus prosequentes concedimus ei, ut de omnibus victualibus suis ducendis per aquam vel terram in omni nostro Dominio nullum theloneum aut mutam soluant, sed in his perpetuo sint liberi penitus & immunes. Inuitati ad hæc & præmissa obsequiosa fidelitate & fidei obsequio charissimi Capellani nostri Magistri *Hertvici* Canonici & Scolastici *Patalliensis*, sumus, qui piè memoriæ *Ottoni* Patri nostro & nobis per longa tempora deseruiuit, & dictum Cœnobium ex sui muneris prouidentia possessionibus ditauit pariter & dotauit. In cuius rei testimonium, ut lis vel obliuio in his ritè gestis locum non inueniant, sed in sua firmitate permaneant, & præsens Instrumentum conscribi fecimus, & sigilli nostri munimine roborari, Datum in *Landauv*, Anno Domini M. C. C. LXXVI, Id. Iunij. Anno inchoationis dictæ Ecclesiæ tertio, & incorporationis primo.



Vt dubitationis scrupulus de damno litigantium locum non habeat, consueverunt ea quæ rite aguntur transmitti ad posteros per scripturam. Nos igitur *Hainricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni* Dux *Bavaria* per præsentia profitemur, quod sub auctoritate nostra & præsentia dilectus Capellanus noster, Magister *Hertvvicus* venerabilis Canonicus & Scholasticus *Pataviens.* emit à *Rapote* de *Essenbach* omnia prædia culta & inculta, quæ sita & inquirenda, cum agris, pascuis, syluis, iuribus & omnibus attinentiis corporalibus & incorporalibus, sita in *Essenpach*, quæ ad ipsum *Rapotonem* proprietatis seu allodij iure pertinebant. Recognoscimus etiam quod prædicta prædia in *Essenpach* præfato Magistro *Hertvvico* vendita & tradita, ab omnibus præstationibus realibus & personalibus, & quibuscunque exactionibus sunt libera & soluta. Adiectum etiam fuit, quod si de præfato prædio pro toto vel parte eius præfato Magistro *Hertvvico* vel Ecclesiæ in *Fürstencelle*, cuius fundatio ab ipsius providentia emanavit, briga seu quæstio mota fuerit, dictus *Rapoto* super evictione, damno actionis vel interesse teneri se promisit, & pro his per manum nostram sibi omnia quæ in *Ruemping* possidet, ut disbrigare vendita sibi prædia debeat, liberè obligavit, nunquam prædictam obligationem repetiturus, quamdiu per aliquem, in possessione pacifica perturbatur. Adhibiti sunt etiam hi testes, Dominus *Hainricus* Præpositus *Oetingen.* Magister Fr. Plebanus in *Landshuet*, Dominus *Wernberus* Plebanus in *Maurchirchen*, *Hainricus* Capellanus, Magister *Hainricus*, *Waltherus* & *Wintherus* Notarij, Dominus *Wernh.* Comes de *Lenburch*, Dominus *Gebhardus* Comes de *Ortnburch*, & Dominus *Vlricus* de *Abnsperch*, Dominus *Alb.* de *Vttendorf*, *Ort.* de *Waldeck*, & filius suus *Ortib.* *Henricus* de *Rorbach*, *Sifridus* de *Sigenhofen*, *Pilgrinus* de *Trannburch*, *Perchtoldus* de *Gebelsperch*, *Marschalcus* de *Schrouenhause*n, & cæteri quam plures. In cuius rei testimonium præsens Instrumentum sibi dedimus, nostri sigilli robore communitum. Datum & actum apud *Burchausen*, Anno Domini M. CC. LXXV, IV. Kal. Febr.

Ne his quæ rationabiliter aguntur materia litis seu contentions valeat moveri, imo ut rite acta omni calumnia amputata in sua maneat firmitate, consueverunt facta rationabilia scripturæ testimonio roborari. Nos igitur *Hainricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni*, Dux *Bavaria*, Notum facimus uniuersis præsentem literam inspecturis, quod fidelis noster *Alyamus* de *Rottarw*, probato per iuramentum suum coram nobis secundum dictatam sententiam, quod villæ suæ in *Durchaim* auctorem delegatorem, quod vulgo dicitur *Salman* non habeat, in nos jus delegatoris talis allodij seu proprietatis prædictæ sine contradictione omnium transfudit voluntariè, liberè & quietè, ut nos villam prædictam cum attinentiis suis quæ sitis & inquirendis, agris, pratis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, seu aliis iuribus prædicti prædij, quocunque nomine censeantur in proprietatem seu possessionem Ecclesiæ *Fürstencelle* quam dilectus Capellanus curiæ nostræ Magister *Hertvvicus* Canonicus & Scholasticus *Pataviens.* ex bonis temporalibus, quæ sibi diuina concessit providentia, ut per erectionem prædictæ Ecclesiæ viuis vniretur lapidibus, & cælestis mansionis seu domus æternæ sibi tabernacula præparet, in honorem, reuerentiam & amorem Sanctæ Dei genitricis *Maria*, sub ordine *Cybertiens.* noscitur à principio fundauisse, assignaremus seu traderemus liberum, & ab omni iure angariarum & parangariarum, aduocatio seu alio quolibet absolutum, quod & ipsius Capellani nostri specialis inuitati amore hilari voluntate fecimus & jocunda, prædictæ Ecclesiæ tradendi, habendi, possidendi dictum prædium ab antedicto Capel-



Capellano nostro eidem Monasterio emptum auctoritate prædicta & nostra speciali, dantes plenam & generalem a liberam facultatem, Quod etiam Cœnobium sine cuiuscunque emolumenti jure in nostram tuitionem seu defensionem recepimus, specialem sibi promittentes fauorem nostræ gratiæ perpetuo præparatum. In cuius rei testimonium præsens instrumentum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum & actum apud *Wolffstein*, Anno Domini M. CC. LXXIV. Idibus Maij.

*Heinricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni* Dux *Bauaria*, omnibus præsentia inspecturis in perpetuum. Inuitati benigno fauore quem præ omnibus Ordinibus *Cybertiensibus* gerimus, ac etiam fidelibus ac diuturnis obsequiis charissimi Capellani nostri Magistri *Hertvici* Canonici *Pataviens.* Ecclesiæ fundatoris in *Furstencelle*, Capellam in *Haundstorf*, cuius jus patronatus jure proprietario ad nos spectare dinoscitur, donamus & tradimus præfato Cœnobio perpetuo possidendam. in ipsum Monasterium totum jus nostrum liberaliter transfundentes; nisi voluntariè Conuentus prædictis juribus Capellæ velit cedere memoratæ. Renunciamus etiam pro nobis & posteris nostris omni juri & actioni quod in Capella prædicta nobis competit, vel posset competere in futurum. Vt igitur prælibatæ nostra donatio & traditio rata permaneat, & in ea omnis calumniandi materia amputetur, in euidens testimonium præsens ei nostrum porrigimus instrumentum nostri sigilli munimine roboratum. Volumus tantum, vt Domino *Tynconi* nunc eam tenenti nostra donatio in jure suo non debeat præiudicium generare, Datum in *Landauv*, Anno M. CC. LXXIX. Kal. April.

Nos *Hainricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni*, Dux *Bauaria* profiteamur, quod *Hartlieb* *Marchardi* piæ memoriæ Marschalci nostri filius ex dispositione paterna vendidit Curiam in *Puebyng* titulo allodij sibi attinentem cum quæsitis & inquirendis juribus, pratis, pascuis, syluis, & omnibus attinentiis charissimo Capellano nostro Magistro *Hertvico* honorabili Canonico *Pataviens.* qui statim eam fundationi suæ Ecclesiæ in *Furstencelle* tradidit perpetuo possidendam. Renunciauerunt etiam coram nobis omnes hæredes prædicto Marschalcho nostro attinentes, videlicet vxor ipsius *Reichardis*, & filius ac filia, Vxor scilicet *Iahenstorferij* junioris dicti *Alberti*, vnâ cum ipso & cæteri omni juri & actioni, quod eis de facto vel de jure competere poterat in Curia memorata. In cuius rei testimonium venditionis, donationis & renunciationis præsens Instrumentum conscribi fecimus, nostri sigilli robore communitum. Testes, Tymo plebanus de *Aufhausen*, Otto de *Iahenstorf*, Sifridus de *Gazzolting*, *Hainricus* dictus *Fühler*, *Vlricus* Villicus, & alij quam plures. Datum in *Landauv*, M. CC. LXXXIV. Dominica Quasimodo geniti.

Nos *Hainricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni* Dux *Bauaria*, Notum facimus præsentia inspecturis, quod procedente venditione Curie in *Pyzling* emptæ cum quæsitis & inquirendis ac omnibus juribus ipsius per charissimum Capellanum nostrum Magistrum *Hertvicum* Canonicum *Pataviens.* à Camerario nostro *Gerhobo* de *Hutt*, qui dictam Curiam titulo proprietatis sine qualibet impeditione secundum consuetudinem terræ sufficienti tempore præscripserat, nos eandem Curiam Ecclesiæ in *Furstencelle*, cui dictus Capellanus noster eandem donauit & tradidit, promissimus gratuito vt instrumenta Ord. *Cybertiens.* exigunt, tam in petitione quam exactione defendere & tueri. Et vt omnis ceterinqua calumnia, & dicta venditio ac traditio sine omni briga remaneat prædictus venditor *Gerhobo*, nec non amici sui *Albertus* dictus *Inclusus*, nec non *Reynoldus* de *Perndorf* sub ypoteca rerum suarum in solidum renunciantes omni beneficio



neficio quod in contrarium allegari poterit voluntariè, taliter vt infra decennij spacium & vltra dictum prædium ab Ecclesia in *Fürstencelle* nullo modo euincatur, imo prædictis annis, qui quo ad consuetudinem rationabilem & præscriptam terra *Bauaria* omnem actionem excludunt, dicta Ecclesia potiatur possessione seu præscriptione non interrupta, sed pacifica & quieta. Et si briga vel euictio processerit dictæ Curia pro interesse vtriusque simplici probatione, non testium strepitu probando, prædicti fideles nostri firmiter promiserunt, scilicet, quod ad interesse brigarum & euictionis spontaneè teneantur. Vt igitur contentio locum non inueniat, in venditione Curia prænotatæ, ac traditione facta Ecclesie memoratæ, sed tale factum stabile perseveret, placuit Instrumentum præsens sigillo nostro & testibus communitur. Testes sunt, Dominus Volchmarus Abbas in inferiori Altach, Cunradus Præpositus Monasteriè, *Rogerus Capellanus noster de Lachkirchen, Albero dictus Walher., Altmanus de Leuolfing, Otto de Iahenstorf, & alij quàm plures.* Datum in *Landarv,* Anno Domini M. CC. LXXIX. In die Beati Otmari Abbatis.

*Loiziter  
Gen.*

Nos *Hainricus* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni* Dux *Bauaria* presentibus profiteamur, quod cum jam Comites de *Ortenburch* vendidissent & tradidissent Curiam *Thettling* & Hubam ibidem Ecclesie in *Fürstencelle*, quæ eos respiciebant proprietatis titulo tanquam libera & soluta; quanquam dicta Curia fuerit *Ezzenpeckario* titulo pignoris obligata, vnde dicti Comites præfata Ecclesie villam in *Ledern* similiter eis proprietatis titulo attinentem assignauerunt, & tradiderunt, vt censum quem prænominata Curia & Huba debent soluere, à dicta villa recipient ex integro & ad plenum, & quod residuum fuerit super redditus & obuentiones debitas Curia & Huba prænotatæ, officiali Comitum Fratres præfati Cœnobij debeant assignare. Curia & Huba siquidem absolutis, præfata villa ad Comites libera reuertetur. In cuius rei testimonium præsens scriptum nobis placuit nostri sigilli robore communiti cum testibus subnotatis, qui sunt, *Hainrich de Preising, Rikcherus de Ahaim, Weimarus Afinus, Cunradus de Khrangpaum, Albertus Inclusus, Cunradus de Hochhaim, Albertus de Rottav, Hainr. de Ruempting, & Hilprandus de Puechperch milites, Wernhardus Præpositus Octtingensis, Magister Fr. plebanus de Landshutta, Waltherus, Wernherus dictus Grans, & Otto Notarius.* Datum in *Straubing* M. CC. LXXX. Sabbatho ante Dominicam Circumdederunt.

Nos *Hainricus* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni* Dux *Bauaria* presentibus profiteamur, quod dilectus nobis *Rapoto* Comes de *Orttnburch* ob nostræ dilectionis fauorem, quem Ecclesie in *Fürstencelle* foundationi nostræ ex corde gerimus, & principaliter propter Deum, cessit & renunciauit voluntariè & ex toto, actioni & impetitioni ac omniactioni si quidem habuit vel habere videbatur ex hæreditate paterna vel quocunque modo alio contra prædictam Ecclesiam de *Fürstencelle*, de bonis & in possessionibus infra scriptis, comparatis ipsi Ecclesie per dilectum Capellanum nostrum bonæ memoriæ Magistrum *Hertovicum* Canonicum *Pataviens.* apud fratres ipsius Comitum *Gebhardum* & *Dyepoldum* quondam Comites de *Orttnburch*, & quibusdam aliis bonis ex donatione fidelium nostrorum, videlicet *Alberti* nobilis de *Hals*, & *Weimari* cognomine *probi asini*, ipsi Ecclesie collatis, nec non his quæ venerabilis Abbas loci *Waltherus* etiam comparauit, donans liberè & præcisè ante dictæ Ecclesie omne jus suum, quod in eisdem possessionibus atque bonis habuit, & habere videbatur, cum ratihabitione, emptionum & donationum superius præfatarum. Nos igitur prædicti



prædicti *Rapatonis* bonæ volûtatî affectû grato animo comendantes, gratum & ratû pro omnib. hæredib. nostris habem<sup>9</sup>, approbamus. & cõfirmam<sup>9</sup>, quicquid per ipsum factum esse dinoscitur in præmissis, omnem defectum si quis esset, aut esse posset in hac parte donatione & autoritate propria nunc suppletentes, ita ut ipsa Ecclesia in *Furstencelle* omnes infra scriptas possessiones iusto proprietatis titulo perpetuo debeat libere possidere. Sunt autem hæc nomina possessionum, Curia in *Sutzpach* & sylua ibidem quæ *Tannach* dicitur, quam Comes *Diopoldus* legauit Ecclesiæ in extremis. Item Curia in *Tetling*, & Huba *Tal*. Curia in *Leupertshaimb* & quartale Huba in *Aspershaimb*. Duæ Curia in *sancta Lucia*; Curia in *Walchunspurg*, Huba ad molendinum in *Aspershaim* & duo beneficia in *Weg*. Ut ergo vniuersa & singula præmissorum robur obtineant firmitatis, præsentem literas conferri & nostro & ipsius Comitîs *Rapatonis* sigillis communi fecimus, cum testibus subnotatis. Testes sunt hi. Otto, Luduicus & Stephanus filij nostri, Weinmarus Alinus, Hainricus de Pfölling, Abramus de Rottau, Hainricus de Alnchouen, Richardus de Ahaim, Albertus Vicetom de Straubing, Albertus Chlosnarius, Leopoldus Eckhartingarus, & alij quam plures Datum in *Landau* Anno Domini M. CC. L. XXXVI. Nonas Augusti.

**W**ir Hainrich/ Otto vnd Hainrich von Gottes Gnade Pfalzgrafen bei Rhein/ Hertzogen in Bayern/ Embieten allen vnsern Richten vnd Ambsleuten vnser gnad vñ vnser huld/ wan wir dem Closter ze Sürstencelle besunderlich gebunten sein/ das wir es ze allen Zeiten schirmen vnd begnaden/ dauor das vnser Vorvordern vñ auch wir desselben Closters Stifter sein/ wollen wir vnd gepüeten euch/ vnd auch andern vnsern Leuten/ Edlen vnd Vnedlen/ die in vnserm Land geseßen sint/ ob sich ein vnflug in demselben Closter hueten also das Todtschlag oder Wunden darinn gesehehen/ oder anderlei Laid ainem da wider sure/ so dem wer von des Closter Diener oder von seinen Leuten/ die darzu gehörent/ oder von frembden Leuten/ das soll des Closter an nichten entgelten/ weder an Pfanung seines Viechs/ noch an keinem seinem Gut/ wann solich schadt an demselben Closter geschehe/ dem soll niemant hören noch richten/ dann wir selber/ dazue wollen wir auch/ das si fürbas niemant beschweren/ noch lei dig/ weder an iren Leuten/ noch an irem Guet mit Heerwägen/ mit Nachtselten mit Fachten/ mit Fur noch rate dhaner vnbillichen forderung/ vnd gepüeten euch festiglich/ auch bey vnsern Huld/ n/ das iher dem vorgenanten Closter die gnad alle/ als si oben verschriben sint/ an nichten b. Abrencket/ noch yberuaret/ vñnd das demselben Closter die Gnad stet beleiben/ daryber geben wir in ze vrthun diesen Brieff versigelt mit vnserm Insigel/ das ist gesehehen zu Durckhausen M. CCC. XX. an aller Heiligen Tag.

SANCTI FRANCISCI MONASTERIA ET S. DOMINICI

LUDOVICVS Dux Bauariæ, patet Ludouici Imperatoris, vna cum coniuge sua Anna de Polonia, Franciscanorum ordinem prius in Ingolstadtum collocavit, tradens aptum fundum prope castrum, vna cum 30. Marcis argenti, pro ædificiis construendis, Anno 1275. Et eundem post annum octauum Monachium quoque eo loco, quo nunc sacrae virgines eiusdem ordinis Clarissæ apud Anger habitant, transtulit, nempe Anno 1283. donec Sentlingerij ciues Monacenses eum locum cum ædificiis pro 800. florenis emerunt, ac Franciscanis tradiderunt, quem etiam nunc Monachi tenent. Successerunt Sentlingeris Gabriel Riedler, cum vxore Hailvich, Wumim, qui dederunt 300. florenos in ædificationem nouæ domus, renouantes fere totum Congregatum, vnde hic Gabriel quasi secundus fundator fuit.